

simul ad Virginis Conceptionem, & ortum, viramque ejus
 innocentissime actam pertinebat; sed generatim, atque
 complexe. Tum hæc quasi feminum fecunda primordia pro-
 cessu temporis exculta sunt; addita species, forma, distin-
 ctio. Suus est honor ante decretus Nativitati, suusque tan-
 dem Conceptioni Mariæ. Orta est controversia de Conce-
 ptione duodecimo sæculo. Qua tempestate ita fuit in usu
 Conceptionis vocabulum, ut unam feminum complexionem,
 quæ fit in copula maritali, significaret. Ac proinde mirum
 non est, repositos esse, qui dicerent, Conceptionem Mariæ
 sine vitio libidinis non fuisse. Sed Ecclesia Romana depositi
 custos in hisce turbis filiorum, & contentionibus omnino file-
 bat; quæ nihil sane pertinerent ad perpetuam animæ sanctita-
 tem negandam, vel confirmandam. Sub finem sæculi tertii de-
 cimi cœptum est disputari, utrum anima Virginis, cum est in
 corpus inculsa, peccatum contraxerit. Atque hæc notio deinceps
 Conceptionis est usu recepta. Curia Romana; nimirum
 tenax depositi veteris, cœpit colere festum Conceptionis ini-
 tio sæculi decimi quarti; eoque facto se stare indicavit ab ea
 parte, quæ Deiparæ sanctitatem perpetuam argumentis fir-
 missimis comprobaret. Exemplum Curia Romanæ quam-
 plurimæ in orbe singulares Ecclesiæ secutæ sunt. Sixtus Quar-
 tus omnes Christi cultores, ut idem festum celebrarent, in-
 vitavit: Pius Quintus Ecclesiæ parti nobilissimæ indixit, hoc
 est Clericis, sacrisque Virginibus. Quod si idem Pius opi-
 nionem quorundam, quæ minus Virgini favet, erroneam
 vetuit appellari, recte fecit is quidem. Non enim fas erat
 priyatis Theologis quempiam erroris insimulare, priusquam
 Ecclesia vetus illud depositum patefaceret, atque in maximo
 lumine collocaret. Id quod tandem fecerunt Pontifices duo.
 Alexander enim Septimus celebritatis objectum declaravit:
 Clemens Undecimus, ut omnis populus Christianus celebri-
 tatem quotannis ageret, lege decrevit. Sic vetus ille Eccle-
 siæ sensus de perpetua Mariæ sanctitate processu temporis
 explicatus, excultus, politus est; nihil est tamen de primi
 ger-